



Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

XIV. De Sacerdote Idolorvm altare domini confringente sed punito.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

mnipotenti Deo, ac timido gressu inuisam domum exiit, suspectisque locis leniter transiit, cursum ad mare tetendit, diuq; huc & illuc discurrens nauem quærebat, sed nullam inueniens admodum anxiani cepit. Nam se denuo capi, denuo incarcerari metuebat. Sed quid faceret? Ad vltimum, formidine mali, cum iam sine remige corpus in vndas pararet mittere, OTTONEM suum nominans ingemuit ad dominum. & ecce de insperato cymba littori adlabitur; quam sibi à Deo pararam videns, cum gratias egisset, ascendit & vtriusq; manibus fluctus verberans, ratem conuertit in altum, mirumq; dictu, quam citissime prosperante deus pat' ad p'us est horis quod miraculum assiduo relatu notum faciant & STETINAM veniens responsa Episcopi ciuibus in vnum cõgregatis vt iussus erat præmissa ex ordine liberatione sua ita exposuit: O ciues, doctor & magister noster beatus OTTO sic & sic fecit mihi: & hæc mandat vobis. Grauis & dura nimis ab omnipotenti Deo vindicta super vos & super ciuitatem istam ordinata est, pro eo quod eius fidem & culturam polluistis, partim cum eo partim pro eo idolis seruientes.

DE SACERDOTE IDOLORVM *altare domini confringente sed punito.*

XIV.



f. Adlberti.

EPANDI quippe sacerdotes dum peste ac moribus homines & iumenta quodam anno ex inæqualitate aëris sibi laborarent, à dijs hoc malum immissum esse dicebant & ex voluntate populi Ecclesiã sancti ADLBATI martyris tintinnabulo & campanis deiectis, destruere cœperunt, vnusq; illorum dum malleo cementarij altare percuteret, subito læguore ac stupore à domino percussus est. Cumq; malleus de manu

manu eius caderet, cecidit & ipse: deinde post longum spiritu parum resumpto, populum astantem, quasi ex plaga emendatus sic adoratus est, frustra O ciues nitimur: Deus Christianorum fortis est, & nostra vi à nobis expelli non potest. Mibi autem consilium videtur, vt illum habeamus, & tamen antiquos Deos nostros non dimittamus, & iuxta illius aram nostris quoq; dijs aram constituamus, vt eos omnes pariter habeamus propicios. Quid faceret populus? Territus pro digio consilium probauit, exstructoq; nefando altari iuxta dominicum altare Dei, seruierunt & daemonebus iuxta historiam antiquitatis, qua dicitur, quod populus Samaritæ Deos gentium colens, nihilominus domino seruiebat.

DE ADVENTV EPI-

scopi.

BITSTA CVS ergo fidei zelo calens non semel aut bis legationem, quam acceperat, egit ad populum, sed ex quo à captiuitate redijt, nunquã cessauit euangelizare regnũ Dei, misericordiã Dei & merita liberatoris sui ciuibus inculcans; & nisi ab errore quiescant, diuinam eis ultionem intentans. Tota vero ciuitas, exceptis sacerdotibus factum hoc cum ueneratione mirabantur, & tamen praua ualente consuetudine, à paganis ritibus cessare non poterant. Sed iam de præsentia domini Episcopi responsalis eius audentior factus, linguã laxat eloquio, victorq; idolorũ & vatũ, vana de his vaticinantiũ, ad seruũ Dei ueniens cũ amicis & cognatis suis, pronus adorat, gratias agit, referens omnẽ ex ordine, ipsumq; ardentem ad opus prædicationis instigat, auxiliũ ei & consilium ex sua suorumq; parte ad omnia pollicitus. Itaq;

XV.

.LXX